



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Hiacynthus Francisci.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

re in Societatem cooptârat
Iaponibus, toto quod super
genua est corpore in foueam
è pedibus pependit per totū
triduum, illis quoque super-
stes. Et iam antea prædixerat,
se tormento fossæ non mori-
turum. Supposito demū igne
cruciatus est, & combustus,
cūm ei viuenti prius viscera
fuissent sensim extracta, vt
scribit eius socius P. Alber-
tus Mecinski.

Apollinaris Almeida Episc.

Nicanus, & Socij.

Societatem puerinierat.

In Æthiopiam missus, Episco-
pus, pro sigillo habuit IESV
nomen, & epigraphen: *Dedi-
sti eum escam populis Æthio-
pum.* Cum illo fuit

P. Hiacynthus Francisci.

Anno 1623. in Æthiopiam
penetrauit, labore utili pro

*Lusitanus
in Æthio-
pia.*

*Iunio
ineunte?
1638.
atat. 50.*

*Italus
ibid.*

*atat. 40.
Soc. 24.*

H 5 Euan-

Euangelio egregiè istic sata-
gens . Dicenti vim addebat
formæ dignitas , quæ in eo
tanta efflorescebat , vt Itali-
ci cuiuspiam Regis filius di-
ceretur . Tertius eòdem ap-
pulit anno 1628

P. Franciscus Rodriguez.

*Lusitan^o .
ibid.
atq. 35.
Soc. 20.*

Ibidem nauiter Apostola-
tum exercuit . Hi tres, inter
expiandū Catholicos, à schif-
maticis deprehensi, accusati,
canum instar tractati, in exi-
lium destinati , è singulis ar-
boribus singuli suspensi, &
femiuiui lapidati sunt . Ca-
dauera belluis obiecta : sed
illæ ea innoxia dimisere .

Fides .

Emmanuel Niger. Coad.

*Italus .
Claudio-
poli.
9. Iunij.
1603.*

Valetudinarium, & sacra-
rium Collegij Claudiopoli-
tani in Transyluania procu-
rabat Emmanuel, cū Moy-
ses Szekely, seu Siculus, Cal-
ui-